

in Religione fratres, maxime a Religiosis vitanda est. Nam I<sup>o</sup> illis potissimum in S. Scripturā, *Luc.* xiv., 26, dicitur : *Sicut venit ad me, et non odiat patrem suum et matrem... et fratres, et sorores... non potest messe esse discipulus.* Et *Matth.* viii., 22 : *Sequere me, et dimittō mortuos sepelire mortuos suos.* 2<sup>o</sup> Ita prescribunt PP., inter quos S. Basilus, *Serm. 1, Ascet.*, ait : « Quòd si quis inventus fuerit, qui majori quādam animi propensione Monachum fratrem, vel propinquum, vel alium quemvis quāvis de causa videatur diligere, hunc castigare oportet, ut injurium publica charitati. » Plura habet in *Const. mon.*, c. 21. V. *Blosius in dictis PP.*, c. 16, ex Thaülero, *Serm. 3, post. Trin.*, monens : « Inconsideratē et stultē agunt, qui sensualem hominū amicitiam expetunt, sive sint consanguinei, sive affines, sive alii; et inordinate invicem singularem quandam amorem concipiunt, eumque alunt et augent, quibus possunt modis : id enim malum exitum sortiri, et inquietundines, curas, gravamina, aut etiam impunitatem cordis adducere solet, maximè si diversi sexūs homines hujus modi amicitias inter se colant. » 3<sup>o</sup> Ratio est quia facile amor carnis et sanguinis erga hujusmodi personas excedit, et prævalit contra pure spiritum, qualis presertim in Religiosis esse debet.

SCHOL. S. Thomas 2, 2, q. 26, a. 7, ad. 4 notat: *in propinquis nostris non precipuum est odire, quod propinquii nostri sunt, sed hoc solum, quod impediunt nos a Deo, et in hoc non sunt propinquui, sed inimici secundum illud, Math. x, 35: Inimici hominis domestici eius.* Nam si quis, v. g., fratri suo vellet conferre honorem, aut aliquid super meritum ejus, erit acceptio personarum, vera amicitia spirituali contraria. Item si quis ab attentioni sui statibus religiosis, ob nimiam et teneram communicationem cum suis consanguineis, distractatur, quod frequenter contingit, certe haec nec vera, nec spiritualis amicitia erit. Hinc tunc Religiosi extra casum necessitatis jure natura erga suos parentes, vel ejus praedictae abutuntur, vel illud ab fratres, et sorores, et nepotes, et neptes extendunt, ut eorum penuria cum inquietudine, vel periculo

propria vocationis provideant. Hinc anxia illa sollicitudo, quā non pauci Religiosi casibus modō prosperis, modō adversis, suorum consanguineorum tanguntur: illa littere, illa blanditiae, illa lacrime. Religiosus mundo mortuus est, mundo crucifixus est, et illi mundus; quid illi cum mundanis, quibus ab exordio vocations sua simul ac mundo renuntiavit?

**AMICITIA PRIVATA ERGA CONTERRANEOS VITANDA.**

**Secundò.** Amicitia privata inordinata erga *conterraneos omnibus*, maximè vero *Religionis*, vitanda est. Nam 1<sup>a</sup> S. Scripturā, *Rom. x, 12*, docet: *Non est distinctio Iudei et Graeci, nam idem Dominus omnium qui invocant illum.* Et Propheta Eclesiam descriptum, *Ps. xlv.*, ut reginam in vestitu deaurato, circumdatam varietate, clamat ad aures anime speculatori a Deo vocatae, *v. 11: Obliviscere populum tuum, et domum patris tui.* Ne scilicet regina vestis, circumdata pulchra nationum varietate, laetitia sit fedis divisione. 2<sup>a</sup> Accedunt PP S. Chrysostomus, *Hom. 77, in Joan.*, atq: «Ecce dilectioni excellenta, quo pacto unum insuperabilem et multiplicem reddit, et unus in multis simul locis, et in Perside, et in Roma esse possit: et quod natura non potest, dilectio potest, et pars ejus hic, pars illic est, vel potius totus utrobius». Si unus, uti S. Gregorius Naz. *Or. 28, n. 35*, atq: «Est mihi o viri! circumscripta patria, cui et omnis terra, et nulla terra patria est? Verendum tibi est, ne a verâ patriâ exidas, ac quam omnis vita functio referenda est.» 3<sup>a</sup> Ratio est quin nihil magis a ratione alienum, nedum ab omni specie Religionis, quam caco nationali impetu abripi, et ad hoc tantum attendere, an aliis sit ejusdem nationis, provinciae, vel oppidum ut contemptus alii «omnibus praeferatur, quo modo vitium acceptio personarum committitur: «quia non attributu alterius aliquid propter aliquam causam, que eum faciat dignum sed simpliciter attributur persona». Uti S. Thomas docet *Q. 2, 2, q. 63, a. 4.*

MALA EX HAC AMICITIA PROVENIENTIA.

SCHOL. Licet amicitia privata erga conferraneos, juxta leges nature et gratia bene temperata, possit esse laudabilis, ut in illis, qui sacrificant se bono spirituali patrie sue, que forsan est in infidelitate aut heresi, sepe tamen sistit in aliquo dulcedine, quod natale solum nos allicit, et facile inordinata evadit, nisi frangatur, prout Christiano et maximè Religioso convenient. Hinc enim oritur illa, praeferim tempore belli, vel etiam pacis, irregularissima inter ipsos Regulares passio pro natione propriâ contra extraneas, et in loquendo et operando sepe portenta partur, et in dissidia erumpit. Quinimo haec amicitia privata conferraneorum charitatem erga singulos fratres in Domino dilacerat, et totas domos ac famulas religiosas scindunt et seditionibus implent.

§ 598.

AMICITIA PRIVATA NON SATIS DECORA SENIORUM CUM JUNIORIBUS VITANDA.

Tertio. Amicitia privata seniorum cum junioribus vitanda est, si minus decora sit, et tantum in humano affectu, et forsan in motivo frivolo indolis,oris, speciei etc., fundetur. Sic 1<sup>o</sup> S. Joannes in exordio sue secundae epistole scribit: *Senior Electæ Domine et natis ejus, quos ego diligo in veritate.* Ostendens se cum sanctâ hac matronâ et natis ejus nullam aliam amicitiam nisi in Domino habere velle. Item casus Davidis senioris et quinquagenarii juniorum Bethsabeam incaute aspiciens, II Reg. xi. Lapsus seniorum in visione Susanne junioris, Dan. xii. Et factum Sodomitarum, Gen. xix, 4, perversissimè captorum a puer usque ad senem. Pulchra species juvenum, licet Angeli fuerint, seniores meritò a minus canticâ et decorâ amicitia privata cum junioribus deterrere debet. 2<sup>o</sup> S. Basilius, Serm. I, Aset., ita nos instruit: « Plerumque in adolescentium corporibus tametsi summopere in continentia colendâ macerare se studeant, nescio quomodo naturalis ætati illi coloris quasi decor quidam efflorescit in quem qui inspexerint, ii libidinum plerumque stimulis solent

permoveri. » Deinde monet, non spectandum in Monacho ad senilem atatem: « Siquidem fieri potest, ut canis aliquis ac rugis oppletus, juvenile tamen mores obtineat. » S. Bernardus, vel alius, in *Formul. hon. rit.*, n. 6, monet: « Consortia juvenum, et maximè illorum qui imberbes sunt, in quantum convenienter poteris, devita. » S. Pachomius in regula sibi ab Angelo traditâ, c. 90, prescribit: « Si deprehensus fuerit aliquis de fratribus liberter cum pueris ridere et ludere, et habere amicitias ætatis infirmæ, tertio commonebitur, ut recedat ab eorum necessitudine, et memori si honestatis ac timoris Dei; si non cessaverit, corripetur, ut dignus est, correctione severissimâ. » Denique in ordine ad diversum sexum S. Bonaventura, *Opusc. de inform. novit.*, c. 39, pronuntiat: « Si meum consilium non spensis, consul quid nunquam cum aliquâ muliere contrahas singulararem familiaritatem, etiamsi religiosa sit, vel sancta; quia excepto periculo carnalis attentionis, que ex tali familiaritate semper incurrit, dum non timetur malum quod sub specie boni latet; excepta etiam maculâ infamie et suspicionis, quam alii ab hoc sepe concipiunt, magnam generat inquietum cordis talis privata affectio. » Vide etiam potest opusc. de *Reform. mentis*, c. 23. 3<sup>o</sup> Ratio est quia amicitia inter seniores et juniores, etiam tantum philosophica, præterquam quod in honesto fundari debet non debet facere aequalitatem quasi parum, sed proportionem imparium, scilicet in seniori cum doctrinâ et bono exemplo, et in juniori cum reverentia et docilitate. Si vero inter eos christiana et religiosa amicitia sit, nil in ea puerile, sed solum quasi paternus et facilis amor in charitate Christi redolere debet; alias enim periclitabitur bonum nomen senioris, et reipsa, si minus circumspicte cum juniori, sive ejusdem, sive diversi sexus, agat, nihil non illi timendum erit, utpote quem non canities, sed Spiritus Dei bene custoditus securum reddit: sepe enim vidimus aliquos ob nimiam sui fiduciam in senectute graviter lapsos, quos sanctus Dei timor in juventute custodierat. Vide Rodericum, in *Exerc. perf.*, p. 1, tr. 4, c. 19.

§ 399. simili s' instat molles  
et invenit. *Deinde argit  
AMICITIA PRIVATA JUNIORUM INTER SE VITANDA.* sub  
mutuorum in. *Amicis utrumque amicis etiam in amicis.*

*Quarto.* Amicitia privata juniorum inter se vitanda est. Pro cautela erit 1<sup>o</sup> exemplum filiorum Jacob, qui, privatâ ejusmodi mala amicitia colligati, a fratre suo apud patrem suum accusati fuerint *crimine pessimo*, id est, juxta interpretes, vel contra naturam, vel sodomitico, vel bestialitate, *Gen. xxxvii, 2. 2<sup>o</sup>* S. Basilus, *Serm. de Abdie, in med.,* ait: « *Juveni sive atate, sive animo fueris, aequalium tuorum consuetudinem fugito, ab illisque te non secus atque ab ardentissima flamma procul abducio: quando illorum operâ usus adversarii ploros olim incendio dedit, et semperno igni cremandos addixit: ae spiritualis videhet primo charitatis vanâ quâdam specie illectos in terribilam postea Pentapolitanam voraginem precipites deturbavit: et qui ex medio pelago se videntibus undique procellis tempestaseque incolumes evaserunt, eos jam intra portum securos unâ cum ipsis navi vectibusque submersit.* » Item Cassianus, *I. 2 Inst., c. 15,* referit apud antiquos Ægypti Monachos summâ observantia custodiunt fuisse, « *ne quisquam cum alio, ac præcipue junioribus, vel ad punctum temporis pariter substituisse, aut uspiam recessisse, vel manum suam in vicem tenuisse reprehendatur.* » Monstra sunt que suo tempore in hanc rem exiguitat B. Petrus Damiani, *tomi. 3 Opuse.* Nec parum est quod S. Laurentius Just., *c. 22 de Disc. mon.,* de hujusmodi peculiariter amicis ait: « *De verbis, de actibus, de cogitationibus obscenis tandem est que sub colore charitatis omnia ex inordinata pauplatim familiaritate generantur.* » 3<sup>o</sup> Ratio est quia si frigida senectus non sufficit ad calorem et ignem juvenitatis cohendum, si cum eâ familiariter agatur multò magis juventus periculosa erit. Sufficit pruna gelido carboni proxima, ut accendat; quid erit, si eterque carbo accensus sit? Deinde sive a contemporato, ac veluti sympathico duorum, vel plurimum

juvenum ingenio, sive a primâ etatis contubernali convictu amicitia privata nascantur et adolescent, si non per altiore spiritum et profectum in virtutibus eleventur, nonnisi puerilia, yana et ab omni spiritu Religionis aliena parvient, quod salis est ut evitentur. Denique periculum est, teste experientia confirmatum, a puerilibus ad graviter deformia procedendi, a vanis ad exiliosa et scandalosa, cum irreparabili danno publico et privato.

§ 400.

*AMICITIA PRIVATA CUM TEPIDIS FUGIENDA.*

*Quinto.* Amicitia privata *inter tepidos* fugienda est. Haec 1<sup>o</sup> reprehenditur, *Math. xx, 6: Quid hic statis totâ die otiosi?* Cum enim omnes Christiani, et maxime Religiosi, juxta propriam vocacionem suam deberent laborare in vineâ Domini, justitiam tum in se, tum in proximo excolendo, tales tepidi reperiuntur totâ die otiosi, a ceteris privatum separati, et ad inutilia amicè adunati; cum deberent totâ die in labore occupari, et omne tempus moraliter, pro ratione statûs sui, servitio divino impendere, ipsi illud inutiliter amori suo proprio dedicant: cum deberent in viâ perfectionis semper progredi, illi stant, et consequenter deficiunt et regrediantur. 2<sup>o</sup> In hos invehitur S. Bernardus, *Serm. 24, in Cant.,* post init., dicens: « *Videas ambulare seorsim, convenire sibi, et sedere pariter, moxque procaes linguis in detestandum suspirium!* Vehementius eos persecutus S. Laurentius Just., *de Disc. mon., c. 22,* his verbis: « *Semper hujusmodi discurrunt, semper similium sibi consortia queritant: in angulis, in latibulis, silenti tempore ut plurimi confabulari appetunt, et absentium vitam lacerare non desinunt, et tanquam ipsis non sufficeret propria perditi, alios secum damnare conantur... Et si suum unusquisque valeat assequi appetum, Patrum ordinationes frangit, monasteri institutions non observat, silentia parvipendit, orationem postponit, cellule*

secretam quietem negligit, et intus nihilominus stimulante et  
rente conscientia, velut amens post suam totus trahitur con-  
cupiscentiam.... Solent in conversationibus familiaribus ni-  
limumque assidui, nisi agantur caute, intermixeri vaniloquia,  
scurrilaties, detractiones, et effrenati risus : per quae mens  
distrahitur, compunctione dissolvitur, gratia subtrahitur, prox-  
imus male edificatur, oratio confunditur, confidentia amittitur,  
conscientia obtemperatur atque pretiosissimum tempus  
inutiliter consumitur.... Amant sibi similium contubernia,  
joici delectantur, spatiani desiderant, nova semper audire et  
videre appetunt, et aliorum negotia percunctari sedulè curio-  
sitate non cessant. Nec advertunt hujusmodi, quod tantò ve-  
hementiū interioris infirmantur in spiritu, quantum magis ex-  
terioribus pascuntur, et quadam hydropis morbo laborantes,  
quo avidius labilem hujus vite delectationem lauriunt, eò  
amplius eam sitire coguntur. » Ex his 3<sup>o</sup> patet Ratio quia  
haec amicitia discessit a spiritu Religiosis per continuas trans-  
gressiones, vocationis proprie oblivionem, animi proficiendi  
et serio se in virtutibus exercendi remissionem; quæ omnia  
satis graviter mala sunt.

¶ 401. q. amicorum nostrorum ostendit disceptatio cognoscitum modicam ut si forent mali, iurabebi-  
AMICITIA PRIVATA PRAVA MAGIS SECULARIBUS illi-  
FUGIENDA. subvenientem et utilitatem  
probabo. Et illa ratione, quæ in seclusa etude et in studio  
Porro haec amicitia privata prava, que modo cum suis  
speciebus explicata est, non modo Religiosis, sed mullo magis  
secularibus timenda et fugienda est. Probat hoc 1<sup>o</sup> textus  
S. Scriptura, § 395 allegati. Nam in seculo saepius amicus  
non permanebit in die tribulationis, convertitur in inimicitiam,  
odium, rixam; et concivit callide dissimulata denudat : est  
socius tantum mense Ecli. vi, 7; et scandalizat amicum  
Math. v, 2<sup>o</sup>. Praeter Patres ibidem citatos, has pravas secula-  
rium amicitias reprobavit S. Hieronymus, in Mich. 7, ad  
illud : Nolite credere amico, dicens : « Sed et nunc rara fides

est, cum aliud in labiis, aliud in corde versatur : venenum  
animi lingue mella tegunt, amici divitum multi, a pauperibus  
autem, etiam qui videntur esse, dissecunt. Unde dicitur,  
Ecli. vi : Si habes amicum, in tentatione posside illum. Legi  
in ejusdem controversia : Amicus diu queritur, nix invenitur,  
difficil servatur... Nolite ergo credere in amicis; id est, his  
hominiis, qui de amicitia sectantur lucra. Et auctor l. de  
Amicit., sub nomine S. Augustini, c. 3, ait : « Amicitia mun-  
dialis est, quæ rerum barumarum temporalium cupidine protra-  
hitur : semper est plena fraudis atque fallacie; nihil in eâ  
certum, nihil constans; semper cum fortunâ mutatur, et se-  
quitur marsump. » Et S. Franciscus Salesius, c. 18 Vit. dev.,  
ait : « Quemadmodum in Heraclæ Ponti mel reperitur vene-  
nosum, et amentiam edentibus inducens, quia legitur ex  
aconito, quo regio illa nimis abundat; pariter amicitia, quæ  
in communicatione fundatur falsorum bonorum et turpium,  
omnino falsa et turpis est. » 3<sup>o</sup> Ratio citato § 395 allata, hic  
etiam tenet : cui accedit illa a S. Jacobo, c. iv, v. 4, data :  
Adulteri. nescitis quia amicitia hujus mundi inimica est Deo? quicunque ergo voluerit amicus esse seculi hujus, inimicus Dei  
constituitur. Et S. Joannes, I Joan. ii, 15, idem probat, di-  
cens : Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si  
quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo : quoniam  
omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, et concupi-  
scentia oculorum, et superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex  
mundo est.

¶ 402. q. amicorum nostrorum ostendit disceptatio cognoscitum modicam ut si forent mali, iurabebi-  
AMICITIA PRIVATA CONCUPISCENTIÆ CARNIS FUGIENDA.

Ex hoc sequitur, omnes illas privatas pravas amicitias, quæ  
huc usque persecuti sumus, a fortiori secularibus fugiendas  
esse, quibus praeterea ex citato S. Joannis textu sequentes  
specialiter addenda sunt : scilicet prius amicitia privata in  
concupiscentia carnis, gulâ et luxuriâ fundata. Nam 1<sup>o</sup> de hac

ita loquitur S. Paulus, *Philipp.* m. 18: *Multi ambulant, quos sepe dicebam vobis, nunc autem et flens dico, inimicorum crucis Christi. Quorum finis interitus, quorum Deus venter est, et gloriam in confusione ipsorum, qui terrena sapient. Et Rom. xvi, 18: Huiusmodi Christo D. N. non servient, sed suu ventri. Et, ad Gal. v, recenset manifeste opera carnis, quae regni Dei possessionem tollunt. Et demum, *Rom.* xii, 11, jubet non ambulemus in *comcessationibus* et *ebrietatibus*, in *cubilibus* et *impudicitia*. 2<sup>o</sup> S. Chrysostomus, *Hom.* 13 ad *Philipp.*, ait: «Revera sunt lacrymisi digni, qui deliciantur, qui inducentum quidem, id est corpus, bene saginantes, futuri verò supplicii quod latrū sunt, nullam rationem habent. Esto deliciari, esto inebriari hodie et cras, quid verò lucraberis? nihil. Talem ergo vivere vitam, nonne sunt lacrymisi et lamentis dignum?... Flet ergo Paulus, in quibus alii rident ac deliciantur. Sunt ergone ista de illis dunxlat dicta? qui verò nobiscum hi tales sunt, criminis isto notari non potuerunt? Vellim, et vehementer vellim, nihil horum apud nos esse magis, quam apud illos, quibus tunc ista dicebantur.» Et de luxuria S. Gregorius Naz. *Adv. mulier. ambit. se ornant.* inquit: «Delectabit te ille, qui tuā formā delectatur, aspercumque aspectu rependes: mox risus, mutuumque colloquium idque furtivum primō, deinde liberum atque intrepidum. Cave porro loquax lingua, ne quæ deinceps sequentur eloquaris. Cæterum hoc verè dicam, nihil ex omnibus iis, quæ mulieres cum juvenibus joco dicunt vel faciunt, aculeocare: omnia enim inter se coherent, non alter ac ferrum a magnete tractum alia multa deinceps ducit.... Quodsi non ut carnis libidini, sed ut oculis tantum obsequari, atque a viris spectari, facio tibi utendum putas, ætatem quoque amorem in morbo ac vitio esse scito.» Unde S. Salesius, *Vit. dev.* c. 18, exclamat: «O vos insani et deliri, putatis amorem incitare, ut ad nutum eo uti possitis? ludere cum ipso vultis? Punget ille vos, et miserè mordebit: omnesque ridebunt, et irridebunt te, quod sub falsa securitate serpentem adeo venerifuerint in pectus tuum absconditis.» 3<sup>o</sup> Ratus est quia haec*

amicitia nonnisi pseudo-amicitia, utpote non honesta, nedum  
christiana, sed vitiosa, et nonnisi ventris et veneris amicitia  
est.

Scol. Ex modo dictis apparet, omnes amicitias in amore duntaxat sensibili fundatas, quas urbanitas etc. mundani vocant, esse periculi et lapsum plenes, ne merentur audiri qui, vel ex licentia poetica, vel cœca sine fide philosophia docent, in præsi posse quemquam amare et amari vehementer, maxime in personis diversi sexus, ob corporis pulchritudinem, vel alias qualitates, concepientium accidentes, sistendo in amore abstracto, et ab omni periculo remoto. Siquidem haec paradoxæ sunt illis simillima, per quæ quis putat posse se hunc conteractare serpentem, vocando eum, et assunendo tanquam animal reptile, vel tantum ad contemplandam ejus pulchritudinem. Satis Abulensi, t. 4 in *Matth.*, c. 5, q. 16. Illic Senecca dictum probat: «Si quis in amore modum tenere velit, idem est, ac si cur ratione insaniat.» Et S. Bonaventura in 6 *proc. Relig.*, c. 22, S. Laurentius Just. in *Disc.*, mon., c. 22 et S. Salesius *Vit. der.* c. 20, etiam amorem spiritualem in sensibilem et carnalem degenerasse consent, si minus alterius corporaliter praesentiam querit, de ejus absenti contristatur, vel solus cum sola conversari amat: «Sicut enim amat singulare, ait S. Justinianus, it et amari vult, atque cœco seductus errore ignorat se venioso amore percussum.

§ 403

#### **AMICITIA CONCUPISCENTIÆ OCULORUM FUGIENDA**

*AMICITIA CONCUPISCENTIE OCCLORUM FUGENDA.*

*Secundo.* Amicitia privata inordinata in concupiscentia occlorum, scilicet avaritiae et omni curiositate fundata, secularibus vitanda est. Nam 1<sup>o</sup> S. Paulus, *1 Cor.* v, 11, jubet: *Nunc autem scripsi vobis, non communisci, si is, qui frater nominatur, est fornicator aut avarus, id est, juxta Estium, qui rem alienam auferit, vel injuste detinet, aut idolis serviens, aut maledictus, aut ebriosus, aut rapax, cum ejusmodi nec cibum sumere. Item de curiositate occlorum et aliorum sensuum cor-*

poris dicitur, *Jer. ix. 21* : *Ascendit mors per fenestras nostras.* Id quod 2<sup>o</sup> S. Gregorius, l. 21 *Mor.*, c. 2, ita exponit: « Mors per fenestras ascendit, et domum ingreditur, cum per sensus corporis concupiscentia veniens habitaculum intrat mentis. Quisquis per has corporis fenestras incaute exterius respicit, plerumque in delectationem peccati etiam nolens rapitur, atque obligatus desideriis incipit velle quod noluit. Praecepit quippe anima, dum ante non providet, ne incaute videat quod concupiscit, caca post incipit desiderare quod vidit.... Ut ergo munda mens in cogitatione servetur, a lascivia voluptatis sua deprimenti sunt oculi, quasi quidam raptiores ad culpam. » Et S. Augustinus, tr. 2 in *I Joan.*, conqueritur: « Quām latē patet curiositas ipsa, in spectaculis, in theatris, in sacramentis diaboli, in magis̄ artibus, in maleficiis? » Et, l. 10 *Confess.*, hanc curiositatem ad reliquos sensus et delectabilis extendit: uti sunt pecunia et divitiae, ornatus vestium etc. 3<sup>o</sup> Ratio est quia effrenata pecunia aliorumque delectabilium cupiditas nullam in se honestatem, inī plurima anime pericula continet: ergo nec philosophica, nec christiana amicitia est: inī si etiam fingamus abesse haec pericula, sunt tamen haec amicitiae de rebus vanis et frivilis, adeoque contemnenda.

§ 404.

AMICITIA SUPERBIE VITANDA.

*Tertiō.* Amicitia privata in *superbitate vite*, seu inordinate amore propriis excellentiis fundata secularibus praecipue fūgienda est. Nam 1<sup>o</sup> *Ecli. x. 15*: *Initium omnis peccati est superbia.* Quia uti S. Thomas, 2, 2, q. 84, a. 2, explicat: « Finis in omnibus bonis temporalibus acquirendis est, ut homo per illa quamdam perfectionem singularē et excellētiā habeat. Unde etiam primum peccatum primi hominis superbia fuit. 2<sup>o</sup> Idem probat S. Chrysostomus ex eodem lapsu primum nostrorum parentum, dum, *Hom. 15 in Gen.*, primum vitium in eo lugendo casu notat, quōd mulier collo-

quia quasi amicabilia et secreta, relicto viro, cum serpente diabolico instituerit. *Secondō*, quōd circa divinum consilium sine discretione eum assumpserit. *Tertiō* per superbiam, et illud: *Eritis sicut dii*, se decipi passa fuerit. *Quarto*, quōd ad honorem quasi divinum consequendum esu vetiti a Deo fructū usa fuerit. Et *quinto* denique etiam virum suum ad similem superbiam et transgressionem seduxerit. Hec omnia in amicitiā que in superbia fundatur hodiecum contingunt. Nam 3<sup>o</sup> ex hac superbia et amicitia pravā passim tales pseudoamici graviter delinquent, dum pauper ambit esse dives et nobilis, nobilis Princeps, Princeps Rex, Rex supremus terra Monarcha. Ad quem finem, posthabita Dei sapientissimā ordinatione, per fas et nefas contendit, potenteriorum favores et aequalium amicitiē mille artibus queruntur, ut sic ad amici honorem et utilitatem promovendam, Princeps, ad quævis bella, sive justa sive injusta, confederatos; mercator, ad quosvis contractus, sive licitos sive illicitos, socios; duellator, ad pugnam patrinos inveniat. Si amicus promovendus sit, sufficit ut, sine respectu capacitatis, ad munus et officium eleverit, etsi alii exinde grave damnum et præjudicium patientur. Si uxori aut filiolis placeat, connivetur huic amicitiae carnis et sanguinis, ut eant qui velint, ne contristentur. Ne amicus de statu suo excidat, amicorum erit, summas pecunias, non proprias donare, sed alienas, nunquam solvendas, conquiri. Denique ad punctum honoris, ceu centrum, omnia hujus pseudoamicitiae studia collidunt: quod, ne vel in umbra ledatur, ejusmodi pravi amici diabolici suis consiliis, vel armatā manu succurrunt. Que omnia cū ab honestate longissimē absint, veram et christianam amicitiam fundare nequeunt.

§ 405.

AMICITIA PRIVATA BONA COLENDA EST.

Quemadmodum verò amicitia privata ad malum inducens vitanda, ita *amicitia privata in Domino*, ad profectum spiri-

tualem in perfectionem christianam excitans laudanda et etiam a Religioso colenda est. Prob. 1<sup>o</sup> ex S. Scripturā, *Ecli. vi. 14*: *Amicus fidelis protectio fortis etc.* *Amicus fidelis medicamentum vita et immortalitatis: qui metuunt Dominum, invenient illum.* Qui timet Deum, aquil habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius. Et c. *xxxvii. 15*: *Cum viro sancto assiduus esto; quemcumque cognoveris observantem timorem Dei, cui anima est secundum animam tuam, et qui, cum titubaveris in tenebris, condolebit tibi.* Et *Ps. cxxxii. 1*: *Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum.* Item, *Ecli. iv. 9*: *Melius est duos esse simul quam unum: habent enim emolumenum societatis sue.* Accedunt exempla David et Jonathas, *I Reg. xviii. 1*: *Anima Jonathae conglutinata erat anima David.* Christus Jesus ipse specialiter dilexit S. Joannem Evangelistam, *qui erat recumbens in sine Jesus, quem diligebat Jesus, Joan. xii. 23.* In primā Ecclesiā, *Multitudinis credentium erat cor unum, et anima una, Act. iv. 32.* Duobus discipulis in Emmaus eum ibi junxit se Christus, *Luc. x. 24.* Idem misit discipulos binos ante faciem suam, *Luc. x. 1.* Et *Matth. xviii. 20*, ait: *Ubi duo sunt, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* Prob. 2<sup>o</sup> ex SS. PP. inter quos eminet S. Basilus, *Serm. 2 Aesc.*: «In cuneto, inquit, conventu servari debet, ut vide licet, etum... similiter charitate adversus omnes simus propensi, nihilominus tamen iis qui utiliores sint majorem, ut decus est, honorem tribuamus.» Quod ipsum suo exemplo per singularissimam suam cum S. Gregorio Naz. amicitiam probavit; de qua idem S. Gregorius Naz., *Serm. 20, in obit. S. Basil.*, n. 20, testatur: «Una utriusque anima videbatur, duo corpora ferens... Unum utriusque opus et studium virtus erat, et ad futuras spes vivere, nosque ita comparare, ut ante discessum ex hac vita hinc migraremus. Quod quidem nobis oculis ponentes, vitam, actionesque nostras dirigebamus, tum divini precepti ductum sequentes, tum alteri virtutis studium excentuentes, alique, nisi hoc arrogantis dicere videbas, uterque alteri norma et amissus eramus, qua

rectum a pravo discerneretur.» Denique post multis alios S. Salesius, *Vit. dñi*, p. 2, c. 49, rem hanc peritissimè enucleat, dicens: «O Philothea! omnes ama, et magno quidem amore charitatis, sed amicitiam ne contrahas, nisi cum his qui tecum communicare queant de rebus ad virtutem spectantibus, et quō fuerint sublimiores virtutes, quae communicentur, tantō erit perfectior amicitia... Si tua reciprocā et mutua communicatio fuerit de charitate, devotione, perfectione christianā, ô Deus, et quām erit pretiosa hac tua amicitia! Sublimis erit quia ex Deo venit: sublimis, quia Deus vinculum ipsius est: sublimis, quia in aeternum duratura cum Deo. 3<sup>o</sup> Ratio est quia amicitia privata in Domino ad profectum spirituale, vel maximè ad utrumque praecipuum dilectionis Dei et proximi, etiam cum perfectione consiliū charitatis, adimplendum juvat, ideo enim tales amici adiungantur, ut in amore Dei, per sacra colloquia et preces communes etc., magis inflammatur, et dum sese perfectè in domino amat, amat unusquisque Deum, ut alter Deum amet, quod est perfectissimè amare proximum sicut seipsum, ut S. Augustinus, *Conf. I. 4, c. 9*, ait: «Beatus qui amat te et amicū in te... solus enim nullum carum amittit, cui omnes in illo cari sunt, qui non amittitur.»

§ 406.

*Hoc non in te, sed in modi, autem ultimum, invenit aliud.*  
**AMICITIA PRIVATA SANCTA SECULARIBUS QUÆRENDA**  
*testificatur hoc, secundum hunc EST. post siimus, analoga sententia*  
*de amicitia nostra, nonne etiam illud loquimur?*

Hac eadem bona privata amicitia in Domino magis adhuc in secularibus laudanda et querenda est. Nam 1<sup>o</sup> illi in seculo hostibus undequecircumiecti magis indigent amico fideli, qui sit *protectio fortis, medicamentum vita, et immortalitatis.* *Ecli. vi. 14.* Cum illis maximè loquitor illud sacram consilium: *cum viro sancto assiduus esto etc.* *Ecli. xxxvii. 15.* Et seculares erant David et Jonathas, et primi fideles, quorum amicitia bona in S. Scripturā commendatur. 2<sup>o</sup> Præter Patres,

§ 403, allegatos, S. Ambrosius, l. 3 de Offe., c. 22, sanctam hanc amicitiam secularibus snadet, dicens: « Solatum quippe vita hujus est, ut habeas, cui pectus aperias tuum, cum quo arcana participes, cui committas secretum pectoris tui: ut colloces tibi fidelem virum, qui in prosperi granuletur tibi, in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur. Et S. Salesius has sanctas amicitias privatas necessarias esse censet, Vit. dev., c. 49, dicens: « Quantum ad eos, qui mundanos inter commorantur, veram tamen virtutem amplectuntur, conveniens, imò necessarium ipsis est, alios foderari aliis sancta et sacra quādā amicitia: hoc enim medio animantur, auxilio donantur et conducuntur ad bonum. Consonat etiam S. Theresia, in Vit., c. 17, sub fin. 3<sup>o</sup> Ratio est quia quō minus protelus est secularis armis spiritualibus, ad servandum exacte praeceptum dilectionis Dei et proximi, eō magis ea ab alio seculari virtuoso vel Religioso mutuari debet, qui non solum proprie, sed etiam proximorum perfectioni intendit: nam perfectio christiana non docet sine omnī affectione et amicitia esse, sed illam bene collocare.

§ 407.

CAUTELÆ PRO AMICITIA PRIVATA BONA.

Ne autem amicitia privata bona vicietur, et ut non obsit, sed pro sit perfectioni, nonnullæ cautelæ adhibenda sunt. Et primo quidem, omnis amicitia, vel indifferens, vel moraliter bona, qualis est naturalis, v. g., inter consanguineos, vel civilis inter concives, sodales etc., debet elevari ex motivo charitatis et perfectionis christiana, ne vicietur, sed conferat perfectioni. Unde Christus, Matth. v, 46, in genere dixit: *Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* Et licet specialis amor in speciales proximos sepe a sacris Litteris commendetur, tamen idem Dominus, Luc. v, 26, dixit: *Si quis venit ad me, et non odit patrem etc., non potest meus esse discipulus.* Ad quod S. Gregorius, Hom. 37, in Evang.,

ait: «Sic, sic nimur exhibere proximis nostris odio discretionem debemus, ut in eis et diligamus quod sunt, et habeamus odio quod in Deo nobis itinere obstant.

QUOMODO ELEVETUR.

SCHOL. Modum, quo hæ ipse amicitie ex charitate perfici possunt, optimè tradit S. Thomas, 2, 2, q. 26, a. 7, dicens: «Possum ex charitate velle, quod iste, qui est miliu conjunctus, sit melior alio, et sic ad maiorem beatitudinis gradum pervenire possit. Item alio modo, quatenus eos pluribus modis diligimus. Ad eos enim, qui non sunt conjuncti, non habemus nisi amicitiam charitatis: ad eos verò, qui sunt nobis conjuncti, habemus alias amicitias, secundum modum conjunctionis eorum ad nos. Et sic hoc ipsum, quod est diligere aliquem, quia consanguineus, vel conjunctus est, vel quia concivis, vel propter quodcumque hujusmodi aliud licitum ordinabile in finem charitatis, potest a charitate imperari.» Sic verè spirituales amant quidem consanguineos et alios conjunctos, sed amicitia merè spirituali, quia omne motivum eos amandi specialiter referunt ad volendum ipsis bona spiritualia. Quâ de re Religiosos præclarè instruit S. Theresia, in *Vid perf.*, c. 9.

§ 408.

AMICITIA PRIVATA COMMUNEM NON DEBET EXCLUDERE.

Secundo. Amicitia privata in Domino non debet excludere, sed potius inducere *amicitiam proportionatam ad omnes*, etiam peccatores et inimicos. 1<sup>o</sup> Enim Matth. xxii, 39, sine exceptione præciput: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Et v. 43: *Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.* 2<sup>o</sup> Præter PP. alibi allatos rationem dat S. Thomas, 2, 2, q. 25, a. 1, docens omnes esse diligendos, quia *ratio diligendi proximum Deus est: hoc enim in proximo debemus diligere, ut in Deo sit.* Et, art. 6: *Debemus in peccatoribus odire quod peccatores sunt, et diligere quod homines sunt beatitudinis capaces:* et hoc est verè charitate diligere propter Deum. Et, q. 23, a. 8: *Amicitia charitatis se extendit etiam ad inimicos, quos dilig-*

*mus ex charitate in ordine ad Deum, ad quem principaliter habetur amicitia charitatis.*

*Inciso 409. Amicitia amoris et amicitia caritatis.*

*'AMICITIA ERGA PEGGATORES ET INIMICOS VERA EST.*

*REVERENDUS OSWALDO*

SCHOL. Amor charitatis erga peccatores et inimicos verè amicitia dici potest, quia est amor non concupiscentia, sed amicitia, licet ex parte redamtionis et communicationis aliquid ei desit. Est etiam vera amicitia honestatis, quia, licet non fundetur in honestate quae sit in proximo, fundatur tamen in honestate que ipsi optatur: nec omnino deest redamatio, quatenus sie amans redamatio a Deo, propter quem ipse quemcumque proximum amat. Denique universalis haec amicitia ad omnes non impedit magis completam ad multos, et pecuniam ad unum vel alterum, et e converso, ut mox patet. *Amicitia amoris et amicitia caritatis.*

**§ 409.**

*'AMICITIA PRIVATA NULLAM ALIS OFFENSIONEM PARIAT.*

Tertio. In amicitia privatâ et peculiari predictâ unitus cum altero, intra eamdem presertim Communitatem, sedulò vivanda est omnis *communicatio externa*, que vel non sit purè spiritualis, vel aliquam *offensionem* pariat. Probat hoc 1<sup>o</sup> exemplum S. Pauli qui, *I Cor. viii, 9*, de est Idolothytorum ait: *Videte autem, ne forti habeat licentia vestra offendiculum fratrum in firmis.* Quod idem monet 2<sup>o</sup> S. Hieronymus, *Ep. 2 ad Nepot.,* dicens: « Crebre munuscula, et sudoriola, et fasciolas.... blandaque et dulces litterulas sanctus amor non habet. Mel meum, lumen meum, meum desiderium, omnes delitias et leporis, et risu dignas urbanitates, et ceteras ineptias amatorum in comedisi erubescimus, in seculi hominibus detestamur, quantum magis in Monachis et in Clericis? S. Climacus, gr. 26, laudat duos juvenes quos vidit « se invicem castissimo amore ac secundum Deum diligentes: qui tamen, dum aliorum conscientiae inde ledi consiperent, convenerunt inter se, ut se ab invicem ad tempus elongarent. » Et S. Theresia in parvis Communitatibus omnes sine particularitate amicos

esse volebat, non verò in magnis, *Vita perf., c. 4.* Et S. Lazarus, *Vit. dev., c. 49*, id quod Sancti contra privatas et peculiares affectiones et amicitias dicunt, intelligit de Religiosis in Communitate bene regulata, ne particularites devotionis in partialitates degenerent. 3<sup>o</sup> Rafis est quia amicitia privata debet esse spiritualis, et tendere ad profectum spiritualium, quod sane non est, si communicatio externa sensualis fuerit, aut offenditionem aliis generet.

**§ 410.**

#### REGULAE PRO JUVANDIS INCIPIENTIBUS.

Omnibus huc usque dictis bene observatis, Magister spiritualis discipulum suum per *viam purgativam incipientem* juxta dicta, t. 1, tota cap. 2, dirigat, quod ut felicis præstet, sequentes *Regulas* bene attendat, per quas incipientes ad perfectionem mirificè juvare poterit.

I. Incipientes sunt plerunque timidi, et in bono ac malo inconstantes. Si devoteione sensibili fruantur, in faciendis penitentiis andantes sunt. Si dulcedines in oratione deguscent, jam se sanctos esse reputant: si in virtutibus extensis et plausibilibus, penitentias ac mortificationibus se exercant, in glamoriam incurvant. Proinde bonus Magister ignorancias eorum assiduis colloquiis spiritualibus illustrat, ad perseverantiam in vocacione sua et exercendas virtutes statui suo proprias illorum animum erigat, penitentias eorum justè moderetur, ne per jacturam sanitatis, sub pretextu infirmitate valitudinis, molles fiant: in externâ morum et sensuum modestia simplicitatem illis commendet, nec fastidiosas et simulatas affectationes eis permittat.

II. Incipientes temperantiam in virtutib[us] et paupertatem in vestitu obseruant: lectio spirituali, recitationi Rosarii, aliisque facilibus devotionibus tempus impendant, Sacramenta frequentent, indulgentias lucentur, SS. Sacramentum frequenter visitent, ad Patrem Spiritualem, exactam de bono et

malo conscientia rationem illi reddituri, s<sup>e</sup>p<sup>e</sup>e recurrent : tempus illis bene dividatur, ita ut per singulas horas exercitia corporalia et spiritualia illis prascibantur ; quia per hanc varietatem fastidium naturae nostrae lenitur. Opus etiam est ut per intervalla temporis requiescant, ne in rerum spiritualium exercitio continuo succumbant : unde certi dies in hebdomad<sup>a</sup>, et horae in certis diebus, huic levamini destinuntur, sine quo totum facile perditur.

III. Animadverat Magister quenam proposita discipulus frequentius eliciat, eumque in illis exequendis adjuvet. Item obseruat quenam virtutes sint ejus indoli magis consentaneæ, et in illis eum exerceat. Scire etiam studeat quānam passione magis predominante laboret, quam non uno impetu, sed paulatim eradicare curet. Non injungat Magister discipulo mortificationes coacte sustinendas, nec inventiones ridiculas, nec vestes a proprio statu alienas illi permittat : prohibeatque illi objecta, libros, conversationes et convictus, quibus intepescere posset. Non frequenter tractet de gratiis gratis datis, statui discipuli superioribus, quales sunt raptus, extases, visiones, revelationes, contemplationes : quia appetitus harum rerum periculum creat incipientibus. Quod si tamen aliquis ex privilegio talem gratiam sortiatur, eum Magister, maximè in solidâ humilitate fundando, adjuvet. De humilitate, paupertate, patientia, puritate, obedientia, abnegatione, unione fraternali charitatis jugiter agat, amorem harum virtutum suo discipulo instillando, et ad orationem mentalem inducendo, ac eum juvando in viâ, quâ Deus illum conducit. Denique observantiam regularem, que in custodiâ regularum et proprii instituti consistit, sedulò procuret; nam personalis perfectio paulatim acquiritur.

§ 411.

REGULE PRO JUVANDIS PROFICIENTIBUS.

In direccione *Proficientium* ex illis que, t. 1, toto cap. 3,

dicta sunt, Magister spiritualis sequentes *Regulas* desumere poterit.

I. Exercitium solidarum virtutum humilitatis, patientiae, castitatis, obedientie, abnegationis, fidei, spei et charitatis, totius vite spiritualis fundamentum, incipientibus, proficien-  
tibus et perfectis commune est; modus vero illas exercendi, in his singulis statibus aut gradibus, perquam diversus existit. Incipiens, patientiam in sufferendo levissima; proficiens, in patiendo equitati graviter opposita; perfectus, in tolerando falso testimonium in re gravi circa honorem, doctrinam, vel mores, exercet; adeoque cum virtus una eademque sit, modulus famen eam exercendi diversus est. Incipientis est, assequi orationem meditationis; proficiens, orationem affectionis; perfecti, orationem unionis.

II. Magister discretus *proficientes* multum hortetur, ne penitentiam omnino relinquant, velut scopam, quâ conscientia ab immunditia purgatur, et ut mortificatione passionum sedulò studeant, cui tanquam ultima dispositioni, moraliter loquendo. Deus suavitatem et dulcedinem orationis mentalis alligavit. Item ut obedientiam operibus penitentie preferant, hecque relinquant, si obedientia aliquid aliud jubeat. Denique ut charitatem orationi anteponant; nam relinquendo Deum pro Deo, illum mox sublimiori modo, gusto et suavitate in oratione reperient.

III. Studeat Magister *proficientes* bene afficere erga SS. Humanitatem Christi D. N., ut identidem ejus vitam, passionem et mortem meditando, ad imitandas ejus virtutes accendantur. Punctum hoc est maximi momenti, et sapienti discipulo inculcandum, quia securissimâ viâ ad perfectionem conductit. Hinc in actionibus externis vita active intentionem suam ad Deum solummodo directam purificabit, vitaque ipsius tota exemplaris erit : quia ad exemplum Christi semper respiciens, in moribus, verbis et actionibus suis omnino circumspectus erit, ne alii scandalo sed adificationi sit. Denique profici-  
entes, quâ amplius in oratione progrediuntur, et rebus di-

vinis mágis adhærent, eò plus cor et affectum suum a rebus terrenis avelli sentiunt, unde curiositatibus et superfluitatibus, ad quas antea afficiebantur, se privat, et ab oblectatiōnibus et dclititis antea conceputis valde abhorrent, quia quòd propriū ad Creatorem accedunt, eò longius recedunt a creaturis.

**§ 412.** n̄ ministrantes, emicione obseruantur ut solitare, discipulis patrēs multo obseruantur.

#### REGULÆ PRO JUVANDIS PERFECTIS.

Etiā *Perfecti*, Magistro spirituali indigent, qui proinde eos iuxta dicta, t. 1, tot. cap. 4, dirigere debet, et præterea sequentia observare.

I. Nonnulli *perfecti* sunt dévoti, ac favoribus et deliciis celestibus delibuti : his a Magistro consolatio adhæbenda est, auscultando illos, approbando, et dicendo securam esse viam quòd incidunt : subinde tamen expediet eos per humilitatem proprie cognitionis tutiores reddere, et voluntatem eorum in nonnullis rebus proprii sui benefaciēt coercere.

II. Alii *perfecti* sunt tristes, aridi, desolati, et in maximis tenebris ambulant : hoc Magister verbis blandis, amore spirantium, operibus patris et visceribus matris consoletur : lugeat cum lugentibus, et sincerè fateatur statum eorum lugendum esse, cùm eorum crux revera valde acerba sit : interim tamen eos moineat quòd a manu Dèi descendenterit, qui etiam illam, ob ingentem amorem, Unigenito Filio Redemptori nostro imposuit. Nunquam in ipsis eorum quæ patiuntur culpam conjiciat, nec dicat peccatum esse ob peccata eorum irrogatum ; sed omnia ad benevoliam Dei probationem referat, et velut alter Cyrenaeus si illis comitem ad hanc crucem bæjulandam exhibeat. Quo modo magnum Deo obsequium præstabit, et merita amplissima sibi comparabit.

*ad subitam confusione amissio n̄ aspergim op̄*

*ad hanc confusione amissio n̄ aspergim op̄*

§ 415.

#### VITIA CAPITALIA HOMINUM SPIRITALIUM.

Prater regulas ad juvandos incipientes, proficiētes et perfectos, Magistro huc usque prescriptas, nosse etiam debet vitia capitalia quibus viri spirituales, orationi addicti, maximè vero incipientes, laborare solent, de quibus S. Joannes a Cruce, l. 1 *Noct. obs.*, per sex priora capita discurrit, et sunt sequentia.

*Primum* est secreta quedam *superbia*, quâ quis scipsum, licet non suis opibus, magni estimat, seque furti reum facit, dum honorem soli Deo debitum auferit. Tales sepe nonnisi per pudendos lapsus in se redent, ut humilitas reficiat quod vanitas infecit.

*Secondum* vitium est *avaritia spiritualis*, in quâdam insatiablesti bonorum spiritualium, potius commodum proprium quam Dei beneplacitum respiciente, consistens : hi avari intentionem suam purificare, et nimiam donorum spiritualium cupiditatem moderari debent, que eos cum inquietudine anxiat.

*Tertium* est *luxuria spiritualis*, in eo sita, quod natura dulcedini et suavitati minimum adherescat, ita ut a Deo, ultimo fine, divertatur. Hoc vitio laborantibus valde expediat ut suas vitas orationis eis subtrahatur, ne suū jacturam faciant.

*Quartum* est *gula* quedam spiritualis, appetendo cum excessu, quod in oratione sapidissimum est. Haec est tentatio delitosorum et incipientium, et Deo palatum per siccitatem orationis macerante, vitio huic medicina paratur.

*Quintum* est *accidia* quando quis a sapido otio orationis, pro labore negotio sue vocationis et obligationis explendo, abstinerre recusat.

*Sextum* est *invidia*, in eo consistsens, quod quis tristetur ex

eo, quia bonum alterius et malum proprium considerat. Cujus remedium est, si bona alterius aspiciat, ut non de eis tristetur, sed illa imitetur.

*Septimum est ira spiritualis*, in zelo indiscreto consistens. Hoc vitium proprium est hominum austororum et imprudentium, et vitas aliorum reformare volentium, non alia ex causâ quam qui putant hoc illis incumbere, eò quôd spiritualites sint.

Hac et alia id genus vitia sub nomine virtutum inter spirituales grassantur, quibus vix aliud remedium adhibere poterit, nisi illis laborantes humiliant se et promptè suis Patribus spiritualibus obedienti.

§ 414.

ALIA VITIA SPIRITALIUM.

Præter hæc vitia capitalia, nonnulla alia spiritualibus et carnalibus hominibus communia dantur, quæ quidem non observantur in carnalibus, utpote graviorum peccatorum mixtura obfuscata; in spiritualibus verò, cùm sola sint, facile oculis offendunt. Sunt autem sequentia :

*Primum vitium est imprudentia*, quæ communiter devotionem ultra modum effervescentem in incipientibus comitatur: si enim devotio ad unum extremum vergit, fit passio quæ rationem obcecat, unde nimium devoti sunt plerunque nimium imprudentes, et in actiones excessivas et pueriles feruntur.

*Secundum est inurbanitas* ex imprudentiâ orta. Sunt enim aliqui rustici naturâ, qui, dum spirituales devoti sunt, pulant sibi licet rationem agendi inurbanam, degenerant a civitate, et hoc vitium ad spiritum mortificatum et contemptum mundi referunt, cùm tamen hoc plerunque non a Spiritu Dei, qui valde discretus est, sed a proprio rustico ingenio oriatur. Hi squalorem et neglectum in rebus sue curae commissis pro apice spiritus habent, cùm tamen sit naturæ illiberalitas.

*Tertium est zelus indiscretus*, quo spirituales se volunt constitutio carnalium reformatores, cùm tamen ad eos non pertineat, siveque pretensa reformatio in lites, strepitus et discordias desinit.

*Quartum est*, in aliorum *actiones curiosè inquirere*, unde tales incompetentes inquisidores ab aliis fugiuntur et contemnuntur.

*Quintum est*, quod nonnulli eorum sint *capitosi*, pertinaces et contentiosi, et dum dicunt se Domino rem commendasse, negligunt negotium suum peragendum cum ratione, secundum convenientes vel inconvenientes circumstantias, regulare; sed intrepidi ad imprudentem executionem procedunt.

*Sextum est* corum, qui ex defectibus aliorum statim scandalam sumunt; unde tum se, tum alios inquietant.

*Septimum est* illorum qui amant *singularitates externas*, plausible, ad honorem humanum caplandum; unde incedunt collo quasi fracto, vocem devoutam instar fistule didicunt, affectate gesticulant, oculos contorquent, nimis morosi de Deo loqui volunt sine loci, temporis et opportunitatis discretione, multaque de revelationibus, extasibus et aliis superioribus gratis obtrudunt: hoc modo simplices delidunt, sapientes verò scandalizant, qui nihil faciunt ejusmodi hypocritas.

*Octavum est*, quod *iracundus spiritualis*, plerunque iram suam pro zelo divini honoris habeat, cùm nonnisi suum honorem zelet: sic etiam phlegmaticus spiritualis tarditatem suam pro gravitate estimat, cùm nonnisi desidia naturalis sit, quâ proprio genio indulget, et morositate suâ omnes molestat.

*Nonum est*: *Spiritualis*, qui est *versipellis*, duplicitatem suam pro prudentiâ reputat, cùm tamen sepe sit insignis malitia, sibi et aliis graviter nociva.

Tandem, cùm etiam verè spirituales homines sint, et non angelî, in his aliquæ similibus defectibus propriam suam fragilitatem et miseriam produnt.

NOTANDA DE HIS VITIS.

SCHOL. Defectus hucusque recensiti possunt quidem occurrere in his, qui spiritus perfectioni student, et ideo spirituales vocantur; non tamen putandum est omnes cum his defectibus esse verè spirituales, et multò minus spirituales perfectos. Licet enim etiam in perfectos defectus tum naturales et inculpables, tum morales, saltem non plenè voluntarii, cadere possint; quò tamen crassiores, in malitia et sociordia procedentes, hi defectus furient, eò minus vel nullatenus perfecti et spirituales tales defectuosi erunt.

**§ 415.**

FREQUENTIA SS. COMMUNIONIS.

Ad juvandos incipientes, proficientes et perfectos in via perfectionis, et vitis eorum hucusque recensita eradicanda, plurimum juvat *frequentia sacrae Communionis*, que cùm a prudenter Magistri spiritualis polissimum dirigenda sit, hinc de eò modo paulo fusiū agendum est.

DECRETA ECCLESIE DE SS. COMMUNIONE.

SCHOL. Concilium Tridentinum sess. 43, c. 8. « Paterno affectu admonet, hortatur, rogat et obsecrat per viscera misericordia Dei nostri, ut omnes et singuli, qui Christiano nomine censemur... haec sacra mysteria Corporis et Sanguinis Christi, eà fidei constantia et firmitate, et animi devotione, et pietate et cultu credant et venerentur, ut panem illum supersubstantialem frequenter suspicere possint. » Et sess. 22, c. 6: « Optaret quidem Sacrosanta Synodus, ut singulis Missis fideles adstantes non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucharistie perceptione communicarent, quòd eos sanctissimi Ihesu sacrificii fructus uberioris provenire. » Item Catechismus Romanus de SS. Euch. docet: « Præterea constitutum est ab Ecclesiâ, ut qui semel saltem singulis annis in Paschate non communiceraverit, ab Ecclesiâ arrectetur. Neque tamen fideles hoc satis habeant, se hujus decreti auctoritatibz obtemporent, semel tantummodo corpus Domini quotannis accipere, verum sepius iterandam Eucharistie communionem existimant. Utrum

autem singulis mensibus, vel hebdomadis, vel diebus, id. magis expedit, certa omnibus regula prescribitur non potest. » Rursus in Rituale Romano Pauli V dicitur: « Parochus summum studium in eo ponat... ut populus sibi commissus venerabile hoc Sacramentum religiosè colat, sanctè frequenterque suscipiat, presertim in majoribus anni solemnitatibus. » Denique Decretum S. Congregations Concilii an. 1679, die 12 Febr. datum, et iussu Innocenti XI publicatum, statuit: « Nihil certi de quotidiana Communione respectu omnium generaliter posse statui, sed pro qualitate et dispositione petentiū frequentius, vel quotidie, S. Communionem juxta judicium Parochorum vel Confessorum a Pastoribus esse concedendam. » Porro de praecipto sumendi Eucharistiam ab adultis tum in viâ, tum in articulo mortis, tum semel in anno in Paschate, tractant omnes Theologiae moralis auctores: quibus suppositis sit

**§ 416.** FREQUENTIA S. COMMUNIONIS NONDUM PERFECTIS EXPEDIT.

*Frequentia sacrae Communionis* expedit etiam illis qui nondum sunt in statu perfectionis. Prob. 1<sup>a</sup> ex SS. Scripturâ, ubi Christus, in *Math.* II, 28, ait: *Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.* Id quod Autor libri de *Imit. Christi*, l. 4, c. 4, ita intelligit, et exclamat: « O dulce et amicabile verbum in aure peccatoris! quod tu Domine Deus meus eugenum et pauperem (non utique corpore tantum, sed etiam spiritu, et nondum in statu perfectionis) invitias ad Communionem tui SS. Corporis. » Et c. 3: « Necessarium quidem mihi est, qui tam sape labore et peccato, tam citè torpesco et deficio; ut per frequentes orationes et confessiones, ac sacram Corporis tui perceptionem me renovem, mundem et ascendam, ne foris diutius abstinendo a sancto proposito defluam. » Consonat etiam literalis SS. Sacramentum hujus institutio per modum cibi, juxta illud Joan. vi, 56: *Caro mea verè est cibus;* qui sanctè omnibus vivis, sanis, vel perfectis, et infirmis, seu nondum perfectis cum aliquā frequentiā majori vel minori necessarii, vel saltem expediens

est : maximè cùm non solum sit cibus nutriendis et confortans, sed etiam medicinalis, et tanquam antidotum, quo liberemur a culpis quotidianiis, et a peccatis mortalibus præserveamur, ait Trid., sess. 13, cap. 2. 2<sup>o</sup> Patet ex decretis, § 416, schol. relatis, in quibus non soli perfecti, sed omnes justi ad frequentiam S. Communionis excitantur, nec summa dispositio, sed major, vel minor pro majori vel minori frequentia requiritur : ubi etiam in Decreto Innocentii XI illud monitum Pastori datur, *Claus.* 5 : « Det operam, ut unusquisque dignè, pro devotionis et preparationis modo, rariùs aut crebris Dominicis Corporis suavitatem degustet.» 3<sup>o</sup> Accedunt PP. a Raynaudo, t. 6, in *Onomast. Euch.*, copiòsè allati. S. Ignatius, in *Ep. ad Eph.*, ait : « Festinare frequenter accedere ad Eucharistiam.» S. Basilius, *Ep. 93*, inquit : « Jam verò quis dubitat, qui frequenter participare non sit aliud omnino quam frequenter vivere? Quatenus igitur nos singulis septimanis communicamus.» S. Cyrilus Alexandrinus, l. 3 in *Joan.*, c. 37, ait : « Sciant baptizati homines, et divinae gratiae particeps facti, si rariùs in Ecclesiam profiscantur, et longo temporum spatio propter simulatum religionem mysticè communicare Christo recusent, ab eternâ se vitâ procul depellere? quippe recusatio hujusmodi, quamvis ex religione proficiunt videatur, et scandalum facit, et laqueos instruit.» S. Chrysostomus, in *1 Tim. hom.* 5, post. med., docet : « Hoc est quod univera perturbat, quia non munditia animi, verum intervallo temporis longiore, constare meritum putas, summamque arbitraris reverentiam ac Religionem esse, si non sepius coelestem illam ideas mensam. Ignorans quoniam indignè accedere, eti si seruel tantum fit, te supplicio tradat, dignè verò, etiamsi sepe accedas, salutem inde conqueriras?» Cassianus ex abate Theonâ, *Coll. 23*, c. 21, ait : « Non ex eo debemus nos a Dominica Communiione suspenderre, quia nos agnoscimus peccatores, sed ad eam magis ac magis, ac propter anime medicinam et purificationem spiritus avide festinandum. Idem docent S. Augustinus, l. 2 de *Serm. Dom. in monte*; S. Hieronymus, ep. 52; S. Isidorus, l. 1 de *Ecl. off.*, c. 18; Paschasius,

1. de *Corp. et Sang. Dom.*, c. 22; S. Bernardus, *Serm. in Can. Dom.*; S. Laurentius Just., de *Perf. mon.*, c. 19 etc. 4<sup>o</sup> Rationem dat S. Thomas, in 4 d. 12, q. 3, a. 1, quest. 1, dicens : « Quia enim fit quasi continua deperditio naturalis humiditatis per actionem caloris naturalis et exercitium laboris, ideo oportet frequenter corporalem cibum assumere ad restaurationem deperditum, ne perditio continua mortem inducat. Similiter etiam ex concupiscentia innata et occupatione circa exteriora fit deperditio devotionis et fervoris, secundum que homo in Deum colligitur : unde oportet, quod plures deperdita restaurentur, ne homo totaliter alienetur a Deo.» S. Bonaventura idem *Proc. 7 Rel.*, c. 21 et 22, hoc ita probat : « Sicut agrotantibus non potest una forma observari in dandis medicinis corporis, sive propter diversitates complexionum, sive loci, sive temporis, seu diæta, vel aliarum considerationum, pro quibus aut rariùs aut sepius, aut in majori aut in minori quantitate ex eadē medicinā datur : ita et de medicinâ, quae est corpus Christi, intelligendum est.» Denique frequentia S. Communionis suadetur ex eo, tum quia dignè communicare per se bonum est, abstinere solum per accidens, vel ex defectu dispositionis, vel ad conciliandam majorem reverentiam. Tum quia sape accedere, prodit ex charitate; differre verò, ex timore et negligentiâ : tum quia, ceteris paribus, communicare alium excedit in fructu ex opere operato. Tum denique quia reverentia et devotione, per se loquendo, magis accenditur et conservatur per frequentem usum hujus SS. Sacramenti, si prudenter et cum mediocrei diligentia fiat.

ERRORES CIRCA FREQUENTEM COMMUNIONEM.

SCHOL. I. Raynaudus t. 16 *Heteroclit. Spir.*, s. 1, punct. 4, n. 2, refert nonnullos, qui sub pretextu humilitatis nolebant per novenarium ad suscipiendam SS. Eucharistiam accedere. Hic error non solum pugnabat contra expressum Ecclesiæ preceptum annue Communionis, sed etiam contra preceptum divinum communicandi sepius in vitâ : imò fuit stupiditas, utpote qui potius in novenio

quām alio numero amorum sistebat. Eodem modo in hac materia nonnullae propositiones damnatae carente sunt, scilicet prop. 36 ab Innocentio XI damnata: «Frequens Confessio et Communio, etiam in his qui gentiliter vivunt, est nota predestinationis.» Item prop. 22 ab Alexandro VII damnata: «Sacrilegi sunt iudicandi, qui jus ad Communionem percipiendam prætentunt, antequam condignam de delictis suis penitentiam egerint.»

OBJECTIONES SOLVENTUR.

SCHOL. II. Antonius Arnaldus, in suo famoso libro de *Frequent. Comm.*, hanc propositionem n. 23 ab Alexandro VIII damnatam docuit: «Similiter arcendi sunt a sacra Communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus et omnis mixtiones expers.» Proinde hic auctor magnam admodum perfectionem ad frequentem Communionem requirit, cuius sententia nonnulli alii theologi subscrubunt: I. quia primi fideles frequenter, immo quotidie perseverantes in communicatione fractionis panis, erant simili perfecti perseverantes in doctrinā Apostolorum. Christus ipse lavit prius pedes discipulorum; anteq[ue]am eos ad suscipiendum SS. Eucharistiam, admitteret, ostendens ad eam, etiam mundiam a venialibus requiri. Et *Matt.* xi. 41, non habens vestem nuptialis perfectione gracie nitidem ejus est in tenebris exteriore: quia exempla adduxit Catechismus romanus: «Ut declararet Christus omnem diligenter habendam esse ne quid nobis ad summam animi integratatem et innocentiam desit, cum sacra mysteria percepturi simus.» Resp.: Exemplum primorum fidem solim probat ad quotidianam Communionem examinam perfectionem requiri. Figurae lotionis pedum et vestis nuptialis significant, tum dispositionem necessarium ad S. Communionem, scilicet munditiam a peccato mortali, tum optandam et desiderandam, scilicet puritatem a veniali, quod idem Catechismus romanus intendit. II. S. Dionysius de *Ecol. hier.*, c. 2, nonnisi perfectos ad divina mysteria admittit. S. Basilus in *Moral.*, reg. 80, c. ult., requirit: «Mundari ab omni inquinamento carnis et spiritus, et perficere sanctitatem in timore Dei, et nullam habere nequam maculam, neque rugam. Et S. Chrysostomus *Hom. 17 in Ep. Hebr.*, c. 10, ait: *Si quis non est sanctus, non accedit.* Et S. Salesius, p. 2 *Introd.*, c. 20, requirit: «Nullam habere affectionem ad veniale.» Resp.: SS. PP. solam munditiam a mortali, ut dispositionem necessarium, perfectam verò sanctitatem, ut convenientiem et optandam, requirunt. Sic S. Dionysius loquitur de recentibus baptizatis, et SS. Eucharistie

cos perficiendi vim tribuit. S. Basilus et S. Chrysostomus eodem modo de convenienti dispositione loquuntur, alii cùm de omni et non solum frequenti Communione disserant, immo etiam de auditione Missæ, nonnisi perfecti communicare aut Missam audire possent. Et S. Salesius c. 21 expressè ait: «Si mundani a te interrogant cur tam frequenter communicas? respondas: Ut addiscam amare Deum, ut a meis purificer imperfectionibus etc.»

§ 417.

QUOTIDIANA COMMUNIO NON OMNIBUS EXPEDIT.

Quotidiana tamen Communione non universim omnibus justis expedit; sed illis tantum qui sunt in statu vel gradu speciei perfectionis. Prob. 1<sup>o</sup> ex S. Scripturâ, *I Cor.* ii, 28: *Probet autem seipsum homo, et sic de pane illo edat, et de calice bibat: Qui enim manducat et bibit indignè, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans Corpus Domini.* Quod ita intelligit Tridentinum, sess. 13, c. 7, ul, ad vitandum sacrilegum, dicat sufficere probationem conscientie libera à gravi culpâ; ad frequentiam verò Communionis, que sub consilio cadit, majorem; et ad quotidianam, adhuc majorem requirat: et licet optaret hanc quotidianam Communionem, si cum debita devotione et fructu fieret, vix tamen eam perfectionis dispositionem committere assequendam sperare audet; unde nec absolute eam omnibus commendat. Quod idem Catechismus romanus facit, dum frequentiam S. Communionis, nonnisi pro qualitate specialis dispositionis, nec una omnibus regula, etiam pro singulis mentibus et hebdomadibus suadet. 2<sup>o</sup> Patet ex PP. Sic S. Basilus laudat quidem quotidianam Communionem; sed non audebat retrahere à consuetudine quater duntaxat singulis septimanis communicandi. S. Augustinus, vel potius Gennadius, l. de *Ecol. dogm.*, c. 53, ait: «Quotidie Eucharistie Communionem percipere, nec laudo, nec reprehendo; omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo ethortor, si tamen mens sine affectu peccandi sit. S. Hieronymus, *Ep. 50 ad Parnach.*, de quotidianâ Com-

munione dicit : «Quod nec reprehendo, nec probo : unusquisque enim in suo sensu abundet : sed ipsorum conscientiam convenio.» S. Isidorus, l. I de Off., c. 18, de his qui dicunt sumendum esse panem Eucharistia quotidiam, nisi aliquo peccato interveniente, ait : «Quod quidem bene dicunt, si hoc cum religione et devotione et humilitate suscipiunt. S. Salesius, p. 2 *Introduct.*, c. 20, ait : «Ad susceptionem quotidianam ultra haec... (seilicet parentiam mortalis et affectionis ad veniale, cum magno desiderio hujus Sacramenti) opus est superrasse majori ex parte pravae inclinationes, et ut etiam tunc fiat ex consilio patris spiritualis.» S. Joannes a Cruce, l. I Noct obsc., c. 6, monet : «Nimius quippe ausus in re ista est res inducta lapsus in malum grave, potestque timeri severa justa punitio tantæ temeritatis.» Et S. Theresia, in *Fundat.*, c. 5, non uno casu confirmat aliquidibus animabus tentationis esse vehementer appetere immoderate Communione quotidianam, ob existimatam perfectionem, sub quam tamen amor proprius delitescit. 3<sup>o</sup> Rationem dat S. Thomas, 3 p., q. 80, c. 10, docens : «Quia multoties in pluribus hominum multi impedimenta hujus devotionis occurront, propter corporis indispositionem vel animae, non est utile omnibus hominibus quotidie ad hoc Sacramentum accedere.» Deinde nequit expedire quotidiana Communio, ubi non est decem dispositio : in eo periculum est, ne forte ipsa Communio illicita sit, vel ob finem immoderatae quasiti gustus, inanis gloria, emulacionis et inquietudinis contra humilitatem, charitatem et obedientiam. Denique in quotidiana Communiione sepe ex defectu debita devotionis impeditur effectus spiritualis dulcedinis, et intervenient non raro multa peccata venialia, ob finem leviter perversum, distractionem et affectionem ad vana, ita ut ex tam indisposita SS. Eucharistia susceptione potius accrescat quam minuatur ingens cumulus venialium, que nonnisi in ritè dispositis et de illis dolentibus per S. Eucharistiam remittuntur.

## ERROR NONNULLORVM.

SCHOL. I. Nonnulli, sub praetextu majoris lucri spiritualis, SS. Eucharistiam plusquam semel in die dare et suscipere sanctum et licetum esse asserabant, uti de uno testatur Casnedi, t. 5 sua *Crisis*, d. 10, n. 243, et de alio refert Nider in *Formicar.* l. 3, c. 6, quidquando ultra quinquegesies eadem horâ et die singulis feminis S. Communionem administraverit. Qui error est contra preceptum Ecclesie, que c. *Sufficiat*, 52, de *Cons.*, d. 1, Sacerdotibus plusquam semel missam celebrare prohibet, «quia non modica res est unam missam facere, et valde felix est qui unam dignè celebrare potest.» Quod non minus de S. Communione, accedente consuetudine universalis Ecclesie, intelligitur.

## OBJECTIONES REMISSIVEAE.

SCHOL. II. Vincentius de Marcilla, Benedictinus hispanicus, in libello de *Quot. Comun.* et Sanctius in suis *Selectis*, d. 22, docent aliquem nullius mortali sibi conscientia quotidie, etiam invito Confessario, communicare posse. Imò Calasibeta, in *Exhort. ad. devot. quotid. comun.*, superiori eam prohibentem peccare, esse injustum et gravi ponâ dignum, subditumque non teneri obedire, eti sub obedientia precipitatur, censem : rationes eorum potissimum ex modo dicendis facile elidi poterunt.

## § 418.

REGULÆ PRO CONCEDENDA FREQUENTI VEL QUOTIDIANA COMMUNIONE PRIMO : LAICI NON SUNT ABSOLUTE EXCLUDENDI.

Frequens igitur aut quotidiana Communio juxta regulas *prudentiae spiritus*, maximè juxta dictamen idonei *Magistri spiritualis* ad praxim deducenda erit : quarum præcipue sunt sequentes. *Primo* : In genero loquendo, non sunt excludendi a quotidiana Communione laici, etiam seculares, conjugati et negotiatori, sed potius admittendi, si reperiantur in gradu perfectionis, et nullum externum obstet impedimentum. Nam 4<sup>o</sup> scriptum est, I *Thessalon.* v, 19 : *Spiritus nolite extinguere*, Et *Joan.* m, 8 : *Spiritus, ubi vult, spirat*. Et *Act.* x,

34 : *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet eum et operatur justitiam, acceptus est illi.* Ergo Spiritus Dei omnia externa impedimenta a quotidiana Communione laicos sacerdotes retrahentia removere, eosque illâ dignos et ab eâ non excludendos redere potest. 2º Hoc ipsum statuit Innocentius XI, in citato decreto, claus. 3, dicens: « Et propterea quod ad negotiatores attinet, frequens ad sacram alimoniam percipiendam accessus Confessoriorum, secreta cordis explorantium, judicium est relinquendus etc. » Et S. Congregatio, in decreto dato mense Januario, an. 1587, statutum cuiusdam Episcopi rejecit, quo nobebat nisi certis tantum diebus, aliquibus certi statutis et sexis, SS. Eucharistiam ministrari: quod obstare censuerat Tridentino, concludens: Et ideo licitum est quotidie Eucharistiam sumere. » Unde etiam S. Thomas, l. c., docet: licere Communicare « quotiescumque se ad illud homo invenierit preparatum. » Et S. Catharina Senensis, uti in *Actis SS.*, 30 April., c. 17, refertur, cuidam Episcopo frequentiam Communionis illi exprobanti repousuisse: « Si B. Augustinus non vituperat, Domine, quare vos vultis vituperare? dum allegatis cum, facitis contra eum. » Quod confirmatur ex *Vit. PP.*, l. 6, c. 25, ubi Abbas Apollo dixit: « Oportet, si fieri potest, Monachos quotidie communicare Sacramentis... Hoc confert Monachis salutaris passionis commemorationem continentier facientibus, quotidie etiam se preparare, ut omni ex parte digni sint, qui suscipiant celestia Sacraenta. » 3º Ratio est, cum hoc Sacramentum panis sit quotidianus, credibile est non deesse hodieum in Ecclesiâ qui, præter Sacerdotes, admitti possint ad frequentiam plusquam octuagiam. Et sicut in primitiva Ecclesiâ largiebant illud Apostoli quotidie multis fidelibus, ita est credibile non defuturos in Ecclesiâ nunc aliquos, tibi paucos, qui mereantur idipsum: nec enim abbreviata est manus Domini, neque Sanguis Iesu Christi regnuit, ut tantum non ferveat modò in aliquorum cordibus multorum. Ita Ludovicus a Ponte, l. I *Perf. Christ.*, t. 4, c. 6, § 3.

SECUNDO : CONSENSUS SUPERIORIS REQUIRITUR.

*Secundò.* Conscientia quidem propria de requisitiis ad quotidianam Communionem dispositione testari debet; sed illa ex consensu Patris spiritualis et Prelati regulanda est. Patet hoc 1º ex dictis, § 353 et sqq.; quod etiam requirit Innocentius XI, in suo citato decreto, claus. 3, 3, 6, 8. Ubi Confessarii, dependenter a Pastoribus aut Episcopis, in secularibus, et in Monialibus, dependenter a Superioribus suis, hujus rei regulatio et ultimatum judicium relinquitur. 2º Eadem regulam prascribunt omnes Ascetae; inter quos V. Blosius, in *Momil. spir.*, c. 6, refert factum S. Gertrudis, ex consilio matris spiritualis à S. Communione abstinentis, cui deinde Dominus dixit: « Quia deliberasti me omittere purè propter me, ego in gremio meo conlovebo te. » Ubi Blosius subdit: « Tunc intellexit Gertrudis hominem non displicere, sed placere Deo, quando ex discretione, vel obedientia, non autem ex negligentiâ intermittat sacram Communionem. » 3º Ratio est, quia sine hoc consensu Superioris in re adeo gravi ingerenda, proprii iudicii et proprie voluntatis imminent, quæ sacratissima queaque perdunt, aut coquinantur.

TERTIO : REQUIRITUR FAMES SPIRITALIS.

*Tertiò.* Signum bona dispositionis et vocacionis ad quotidianam Communionem est quedam *fames spiritualis*, per desiderium vehemens ex charitate, reficiendi se pane hoc colesti. Indicatur hoc 1º *Ecli. xxiv*, 29: *Qui edunt me, adhuc esurient.* Et in citato decreto Innocentii XI, claus. 6, ubi ad frequentem Communionem condendam requiritur, ut petentes *furore spiritus* incandescent. 2º S. Gregorius, l. 2,

in I Reg., c. 1, ait : « Non saturant ergo, nisi famelici, qui a vitiis perfectè jejunantes, divina Sacraenta percipiunt in plenitudine virtutis. » Et S. Antonius, 3 p. Sum., t. 13, c. 6, § 15, inquit : « Sine desiderio nemo debet accedere : cum autem christianum sic vivere debeat, ut semper mereatur accipere, nunquam debet esse sine desiderio, tunc et toties sumendi quando et quoties convenienter poterit et cederidit expedire. » Simillima habet Thaulerus, Inst. c. 38, et Natalis Alexander, Theol. l. 2, c. 5, a. 4, reg. 4. 3<sup>o</sup> Ratio est quia haec famæ spiritualis est ipsa esuries proficiendi, et per amorem se magis cum Christo Jesu incorporandi, quæ nota debite dispositionis est.

FAMES HEC NON SIT VITIOSA.

SCHOLIUM. Sollicitus curandum est ut bene observetur an haec famæ spiritualis sit vitiosa, vel sana : multoties enim contingit, ut quia anima ducitur gustu sensibili, quem experiri, Communione quotidiana potius ex amore proprio quam Dei appetat, que famæ vitiosa est, uti notat mox citatus S. Antoninus dicens : « Si quis autem illam dispositionem judicare voluerit ex sensibili cordis compunctione, fervore mentis, profusione lacrymarum, ita quod tunc credit se dispositum, quando tale quid sentit, et quando non percipit, indispositum; incœtu valde ambulat, et sepissime decipitur. Multoties, qui nihil talium habent, sunt in magno statu gratiae; et qui habent, sunt omnino extra gradum gratiam facientem. Unde etiam S. Joannes a Cruce, l. 1 Noct. obse., c. 6, eos ut gulâ spirituali correptos reprehendit. Et S. Theresia duas Moniales de cetero non mediocre virtutis ab excessivum hoc desiderium et inordinatum a diabolo tentari agnoverit.

§ 421.

QUARTO : SINE SCANDALO ALIORUM.

Quartò. Ad Communionem quotidiana concedendam, in petente, ad perfectionem solidarum virtutum maximè humilitatis et mortificationis attendendum est, et ne fiat cum

perturbatione et scandalô aliorum. Patet ex decreto Innocentii, qui, claus. 8, requirit ut omnis irreverentia et scandali suspicio in praxi tollatur. Et colligitur ex simili doctrinâ Apostoli de mandatione legalium, Rom. xiv, ubi admonet ut certus de non obligatione abstinenti, tamen abstineat, si assit scandalum pusillorum, dicens v. 13 : *Hoc judicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.* Et v. 15 : *Si enim propter cibum frater tuus contristatur, jam non secundum charitatem ambulas : noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.* Sic in presenti S. Augustinus, Ep. 118, communicare quotidie, vel non, relinquit quidem uniuscujusque conscientie, sed ita ut aliis aliud non spernat nec judicit. At lex charitatis non violanda est, ob quam etiam dignus Communione quotidiana melius faciet si eam ad exemplum S. Theresia omittat, l. c., ne inde occasione sumant, qui minùs sunt dispositi, vel murmurandi, vel id ipsum tentandi, maximè in Communiatibus, cum perversione boni ordinis : id quod magis in secularibus observandum esse notat M. Avila, in Ep. ad Predicat., addens, pro conjugatis, cavendum ne majori puritati non studeant, et obedientiam marito debitam et curam familie suea negligant.

§ 422.

QUINTO : OPERA VIRTUTUM REQUIRUNTUR.

Quinto. Experimentum humilitatis, mortificationis et reliquarum virtutum ab operibus sumendum est, et prout ex iis constiterit, Communio quotidiana prout magis vel minus fructuosa concedenda est. Ita monet Innocentius XI, in sepe citato decreto, claus. 3 et 8, ubi frequenter fructui, et in virtutibus profectui attendere jubentur Confessarii et Episcopi, ut ita virtutes et dona in communicantibus augeantur. Et S. Thomas, l. 5, in 1 Cor. 41, docet : « Considerare quilibet in seipso debet, quem effectum in se habeat frequens suscep-  
tio hujus Sacramenti. » Et S. Bonaventura, in 4, d. 12, a 2,

q. 2, ait: « Secundum illam partem, secundum quam viderit se melius proficere ad illam magis declinet, quod homo solum experientia discit. »

### § 423.

SEXTO : ASPIRANTES AD PERFECTIONEM AD COMMUNIONEM OCTIDUANAM ADMITTI POSSUNT.

*Sexto.* Quicunque ad christianam perfectionem aspirant, ad Communione ostiidianam admitti vel exaltari possunt. Ita Gennadius, l. de Eccl. dogm., c. 53, suadet: *Omnibus dominicis communicandum suadet et horror: si tamen mens sine affectu peccandi sit.* Cum quo sentit Walafaldus Strabo, l. de Reb. Eccl., c. 20; S. Salesius, p. 2 *Vit. der.*, c. 20. Et quia in Religiosis familiis bene ordinatis facultis omnes ad perfectionem, prout tenentur, aspirant, ideo Communio ostiidianus pro regulâ habetur, quam cum abate Theona jadidum probavit Cassianus, Coll. 23, c. 21, quam etiam prescripsit regula S. Pachomii ab Angelo data, c. 5. Et S. Bonaventura, in 7 Proc. Religios., c. 21, docet: *Vix aliquis ita religiosus videtur esse et sanctus, exceptis Sacerdotibus, quin semel in hebdomada sufficiat ei ex consuetudine comunicare, nisi specialis causa quandoque et raro plus suadeat, ut infirmitas supervenias, vel singulariter solemnis festivitas.* Unde etiam, in Vit. PP. apud Roswid., l. 1, c. 3, narratur, S. Onuphrium per annos sexaginta velseptuaginta sue summae solitudinis nonnisi semel in hebdomada, sabbato scilicet vel dominico die, allatam ab angelo S. Eucharistiam suscepisse. Ratio est, quia hoc modo sufficienter consultetur et reverentie Sacramenti, et fructui animarum, cum ordinari ob variis vite humanae impedimenta non sit aliis modus debite preparationi et gratiarum actioni vacandi.

§ 424.

SEPTIMO : MINUS PERFECTIS MENSTRUA COMMUNIO  
SUADENDA.

*Septimº.* Illis qui vel minus ad perfectionem contendunt, vel majoribus externis impedimentis impediuntur, sacra Communio per singulos quindecim dies, vel singulos menses, aut pro festis principalibus per annum consulenda est. Sic S. Salienus, I. 3, ep. 13, viduae singulis mensibus S. Communioneum prascribit, etsi eam hortetur ut sepius confeatur. Et, I. 2, ep. 46, pro filiolâ menstruam Communionem assignat, et pro confessione singulas hebdomadas, et bene inter discretionem ad confessionem, et ad frequentiam Communionis distinguunt. Item Mag. Avila, in Ep. ad Prædic., difficilius conjuges quam celibes, et junioris quam atate matuiores ad octidianam Communionem admittunt. Et, in S. Reg. bene viv., I. 2, ep. 46, pro incipientibus contentus est Communione in festis principalibus, decies aut duodecies per annum. Nec alia quam menstruâ confessio Sanctimonialibus prascribatur a Tridentino, Sess. 25, c. 10, de Regul. Uti et pro Monachis statuitur in Clem. *Ne in agro, de Stat. Mon.* Et Ratio est quia intra præfixum tempus externa impedimenta facilius vincit et debita dispositio cum majori fructu obtineri possunt.

NOTANDUM DE MENSTRA COMMUNIONE.

SCHOLIUM. Omissio vel dilatio S. Communonis rationabiliter, discrite et sine periculo scandali facta, et a S. Salesio consulta, nil exoticum sapit, etiam post confessionem cum absolutione peractum, quia etiam Rituale romanum Pauli V, de Sacra P.tra., eam recensit, dicens: «Rariis vel seruis confiteantibus aut in peccata recidibus, utilissimum fuerit considerare ut sepe, putat semel in mense vel certi diebus solemniis, confiteantur, et, si expedit, communi-  
cantur.

§ 425.

OCTAVO : CONFESSIO LAUDABILITER OMNI COMMUNIONI PRÆMITTITUR.

*Octavò.* Laudabilis est ut *Confessio sacramentalis S. Communioni, quovis modo frequenti*, etsi peccatum mortale conscientiam non gravet, *præmittatur*, in quantum fieri potest. Hoc videtur esse ad mentem Patrum et Ecclesie; nam Ecclesia probationem ab Apostolo requisitam exponit fieri debere de precepto, si conscientia mortalis peccati adsit, per confessionem: adeoque ex consilio facienda erit, si veniali gravetur. Imò sancti viri suadent potius Confessionem frequentare sine Communione, quam Communionem sine Confessione, uti mox ex S. Salesio visum fuit et S. Bonaventura, in *Reg. nov.*, c. 4, licet pr. Novitii octiduanā Communione sit contentus, tamen, c. 3, præmisit: «Si potes confiteri quotidie, bene quidem; sin autem, de tertio in tertium diem saltem studeas confiteri.» Ratio petitur tum ex dignitate SS. Eucharistiae, cuimeritò Sacramentum Pœnitentiae tanquam dispositio præmititur, tum ex majori certitudine puritatis conscientiae, ad dignam Communionem requisita: tum ex augmento gratiae quam Sacramentum Pœnitentiae ex opere operato producit: tum ex exercitio virtutum humilitatis, contritionis, charitatis etc. Quae omnia ad S. Communionem melius disponunt.

§ 426.

NONO : ETIAM RECIDIVIS MODERATA FREQUENTIA CONSULENDIA EST.

*Nono.* Illis etiam, qui facile in *peccata* adhuc *gravia* recidunt, utilissimum erit, prædictam moderatam *frequentiam* tam in confitendo quam communicando consulere, quando spes aliquis profectus et emendationis affulget. Ita præscribit

Rituale romanum; quod tamen simul jubet differendam esse *absolutionem*, quando penitentes *peccata derelinquere et vitam in melius emendare nolunt*. Imò, ut visum est, supponit etiam quandoque legitimè *absoluto Communione* diffiri posse; quod etiam docet S. Thomas, in 4, d. 9, q. 4, quæst. 2, ad. 2, dicens: «Quòd non esset consulendum aliquid, quòd statim post peccatum mortale, etiam contritus et confessus, ad Eucharistiam accederet, sed deberet, nisi magna necessitas urgeret, per aliquod tempus proper reverentiam abstineret: et præterea confessio purgat maculam mentis, non autem immunditiam corporalem et hebetudinem, qua contingit in mente ex depressione ipsius ad carnem. De cætero tam potens est hoc remedium frequentia Sacramentorum Confessionis et Communionis, ut card. Hugo, d. 15 de *Penit.* S. 5, n. 54, per accidens subinde graviter obligare censeat; tum quia illa frequentantes rarij cadunt mortaliter, ob specialia auxilia ad perseverandum concessa: tum quia rarò accedens, rarò etiam cum dispositione substantiali doloris, propositi etc., illa suscipiet.

NOTANDA PRO RECIDIVIS.

*Scolium.* Pro peccatoribus facile recidivis, quia rarij confitentur et communicant, maximè expedit, si illis moderata frequentia Confessionis et Communionis non solum suadetur, sed etiam in pœnitentiam imponatur; et prout obtenta fuerit emendatio, saltem rarior recidivis, hec frequentia continuanda erit: et quando plena emendatio gravium et conatus minuendi leviora habentur, brevior mora pro hac frequentatione assignari poterit, ita tamen ut penitenti quotidiana rerum spiritualium exercitatio, scilicet examinis conscientie, praesentie Dei, lectionis spiritualis, orationis vocalis et mentalis prescribatur.

*Decimo.* Quodsi denique discipulus nec cum frequentia

§ 427.

DECIMO : SUBINDE FREQUENTIA ET ABSTINENTIA ALTERNANDA.

*Decimò.* Quodsi denique discipulus nec cum frequentia